



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

XIX. Ratiocinatio. A Voti Religione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIVG.

Deinde constat, quædam Concilia dixerunt  
sum statuisse. Vt in Concilio Nicensi, Gangrenensi,  
Constantinopolitano Sexto &c.

XIX.

RATIOCINATIO.  
AVOTI RELIGIONE.

Quidquid vovisti, sancte etiam præstandum est.

Sed sacerdotes Pontificij, voverunt ac invocarunt, se per omnem vitam ab honesto Coniugio abstinenturos esse.

Ergo sacerdotes Pontificij tenentur per omnem vitam abstinere ab honesto coniugio.

Minorem operose probare nitumur, ex dictis veteris Testamenti, de Votis sonantibus.

Respondeo ad Maiorem. Duplicia sunt vota, pia scilicet seu licita, cum verbo Dei congruentia, & impia seu illicita, à verbo Dei alterna. Maior itaq; est indistincta. Debet igitur Maior tali pacto limitari, Quidquid iuxta verbum Dei voverunt homines, id debent præstare.

Quod

SACERDOTVM.

Quod verò contra Dei verbum voverunt homines, id nequaquam præstandum est, ne peccata peccatis adijciantur. Iephæ peccabat vovendo, sese parta victoria Deo oblatum, quicquid primò sibi domum reuerenti occurrisset. Occurrerit autem filia gratulatura parenti. Impiè itaq; vovit, & impie impletum vovit, quia virumq; erat contra Dei verbum.

Ad Minorem. Sed hec votum sacerdotes pontificij, contra Dei verbum ficerunt. Ratio est, quia non est illis omnibus donum castitatis DATVM, nec possunt capere verbum Christi. Et quia non possunt se continere, id quod experientia tot seculis suis superq; declarauit. Proinde non modò Deum tentant pontificij illi sacerdotes, abiurantes honesta coniugia, sed contra suas conscientias ex proposilio iurant, quod nunquam præstare possunt, imò nec volunt præstare quia sciunt Concubinas seu coquas, saltem pro precio sibi relinqui, aut alias sereditibus non excidere, modò clam fornicentur. Vnde natum est hoc dictum: Si non castè, tamen cauè. Sed nemo ipsorum scortationes & adulteria nonit, nisi Deus & totus mundus.

Nihil hic dicam de discrimine veteris Testamenti, & istorum in Papatu. In presentia  
B b entit

DE CONIVG.

enim satis est, demonstratum esse, sacerdotum  
Pontificorum iuramenta, quibus de obstrinxerunt  
ad castitatem impossibilem, esse temerariam  
& impianam, hoc est, contra verbum Dei.

Hoc tantum addo, quod vetera statuta,  
mulier fuerunt mitiora & humaniora, recentioribus.  
Nam olim sacerdos ducens uxorem, ab  
ordine tamum remouebatur. Nunc autem car-  
ceribus puniuntur, & vita priuantur sacerdotes,  
uxores ducentes, id quod multa exempla hoc no-  
stro seculo testantur. Hac autem crudelitas, re-  
spendet ipsi Demoniorum doctrina x Timoib:4.  
Diabolus enim est mendax & homicida. Sem-  
per coniuncta sunt, falsa dogmata & crudelitas.

XX.

RATIOCINATIO.

EX STATV PONTIFICIO.

Opes Ecclesie sunt conseruanda.

Sed si sacerdotes Pontificij, vivere deberent  
in Coniugio honesto, tum Opes illae Ecclesiastice  
attenuarentur, nec tot persona ad eas accessum  
haberent.

Ergo sacerdotes Pontificij debent abiurare  
honesta coniugia.

Respon-